10 Poteſt z etiam contra cō-
feſſi nem allegari, quod non
conſtat de delicto. Nam vbi
aliter non apparet de crimi-
ne, quàm per confeſſionem ip-
ſius rei, non debet reus ex ſo-
la confeſſione ſua a condem-
nari. Et licèt Io. Andr. in ad-
dit. Spec. in titul. de accuſ. §.
fin. verſ. Sed pone A. fuit ac-
cuſatus. dicat, quòd contra-
rium ſeruatur de facto, & re
ferat Guidon. de Suzaria idē
dixiſſe, vt per Boer. dec. 259.
numer. 3. quem tamen locum
Ioan. Andr. ego in libro meo
hactenus inuenire non potui,
attamen b in hoc Ioan. Andr.
malè dixit, quia imò ſerua-
tur, quod niſi aliter conſtet
de delicto, nunquam reus con
demnatur ex ſola confeſſio-
ne, vt etiam ſentire videtur
Marſil. in pract. crim. §. poſt-
quam, num. 48. Et ideo dicit
Ponz. de Lam. poſt num. 70.
quod Iudex debet inquirere
de veritate confeſſionis, quia
aliquando aliqui confeſſi ſūt
delictum, & poſtea reperti
ſunt nō deliquiſſe. Et ait, quod
ita dicunt Doctores, & illum
refert Gramm. conſ. crim. 16.
poſt n. 5.
11 Quomodo c autem dicatur
conſtare de delicto, ad effe-
ctum, vt ſuper eo procedi
poſſit, dixi ſupra quæſt. 4.
Sed ad effectum, vt aliquis
poſſit condemnari ex ſola
confeſſione, ego ita diſtingue-
rem: Aut delictum, quod reus
confitetur, eſt tale, quod ſolo
animo perfici poſſit, vt eſt hę-
reſis, vel ſimilia: Et tunc ex
quo tale delictum vix aliter
probari poteſt, quàm per
propriam confeſſionem, cre-
derem, quod ſola confeſſio,
(modo eſſet veriſimilis) ſuf-
ficeret. Aut verò eſt deli-
ctum, quod etiam facto com-
mittatur: & tunc ſi quidem
reus confiteatur in d genere
aliqua delicta commiſiſſe,
puta, vnum, aut etiam plu-
ra homicidia, vel multa fur-
ta, non exprimendo in ſpecie
quos homines interfecerit,
aut cuius res furto ſubtraxe-
rit, certè non debet ex ta-
li confeſſione condemnari.
e Et hic caſus nullam habet
difficultatem apud Doctores,
vt dicit Boſſ. in titul. de
delicto, numero decimoquinto.
Si verò confiteatur in ſpecie
aliquod delictum, puta, ſe
aliquem certum hominem
interfeciſſe, aut alicui fur-
to f certa bona ſubtraxiſſe,
tunc eſt diſtinguendum: Nam
aut eſt delictum g facti tran-
ſeuntis, cuius ſcilicet nul-
la h ſolent veſtigia remane-
re, puta, adulterium, fur-
tum, & ſimilia; & tunc vbi
cum querela partis concur-
rat etiam confeſſio rei, vti-
que erit ſufficiens ad condem-

12 z Poteſt etiam.] Adde, quòd † ſi eſſent latrones, qui con-
fitentur occidiſſe mercatores, & eorum corpora proieciſſe
in mare, & eſſet propè littus maris, deberent puniri, etiam
quod corpora occiſa non apparerent, ita limitat Angel. in l. 1.
ff. de confeſſ. quem refert, & ſequitur Iaſ. in iuſiurandum,
§. procurator in 7. colum.
ff. de iureiurand. & Caſ-
ſan. in conſuetudin. Bur-
gund. in rubric. 1. §. 5. nu.
40. folio 190. vbi dicit,
quod dum ipſe erat aſſeſ-
ſor Capitanei iuſtitię Me
diolani, quidam Maſſarius
confeſſus occidiſſe Do-
minum ſuum, & illius ca-
dauer proieciſſe in lacum
Cumanum, quod fuit pi-
ſcatum, & non inuentum
ſed fuit repertus ſanguis
in illo loco, in quo confi-
tebatur illum interfeciſſe,
qui locus diſtabat a lacu
per iactum lapilli, & fa-
cto verbo cum Senatu,
fuit condemnatus ad mor
tem, ibi dicit etiam idem
Caſſan. quod non eſt ne-
ceſſe, quòd conſtet de no-
mine occiſi, & idem te-
net Natt. conſil. 442. vi-
de etiam Boſſ. in titul. de
delicto, numer. 16. vbi di-
cit, quod quando confeſ-
ſio non eſt nuda, ſed etiam
indicium, vel fama, quod
delictum commiſſum eſ-
ſet, quod tunc confeſſio
ita veſtita ſufficiat, per ea
quæ tradit Gand. in titul.
de præſumpt. verſic. aliud
etiam notatu dignum, di-
cens in hac materia, quod
ad hoc, vt debeat, & poſ-
ſit præſumi contra ali-
quem, quod commiſerit
14 delictum, debet † con-
ſtare iudici delictum fuiſ-
ſe commiſſum quomodo-
cunque, vel per teſtes,
vel indicium, vel euiden-
tiam facti; & ibi hoc exi-
ſtimat notatu dignum, &
15 obliuioni non tradendum, & ad iſtud dictum, quod † quis
ex ſola confeſſione damnari non poſſit ſi non conſtet de de-
licto, vide Maſcard. de probat. conclus. 354. Crauet in conſil.
260. Cephal. in conſil. 230. num. 11. & Gram. conſ. 60. nu. 60.
vbi voluit, quod nec etiam torqueri poſſit, vide etiam Boer.
16 in deciſ. 259. vbi † latè, an Iudex condemnans ad mortem,
antequam bene cōſtaret, excuſaretur, ſi poſtea bene conſtet.
17 Item † adde, quod ſi contra aliquem exhiberetur ſenten-
tia condemnatoria, lata per Iudicem alterius territorij pror-
ſus ſeparati, ſcilicet alterius Principis, poſſet procedi contra
eum, etiam non conſtito de delicto, Boer. in deciſ. 164. num.
10. & D. Clar in q. præcedenti, verſ. ſed pone.
18 Item † adde, quod non eſt neceſſe, quod conſtet de perſo-
na, cui fuit derobatum, ſed ſufficit, quod conſtet de re furata,
vt per Alex. conſ. 23. libr. 6.
Item adde, quod Marſ. in ſing. 329. viginti duos caſus ac-
19 cumulauit, in quibus † ſecundum eum confeſſio non nocet
confitenti, ſaltem quòad plenam probationem faciendam,
vel ad imponendam veram pęnam delicti, de quorum caſuū
veritate dubitat Anton. Scap. in tractat. iuris non ſcripti, quod
vtroque foro obſeruatur lib. 3. c. 69. n. 10. ego quoque de mul-
tis dubito, & de prædictis vide etiam Gabriel. comm. concl.
lib. 7. concl. 7. Baiard.

a Condemnari.] Adde infra q. 49. verſic. eſt igitur in prin-
cip. vide quæ dixi infra ad verſic. Quomodo autem, & nouiſ-
ſime per Flam. Chartar. in practic. interrogan. reorum libro
2. cap. 1. Drogh.

Condemnari.) Adde ad
idem per Thom. Gram.
vot. 2. qui voluit etiam
non poſſe torqueri, vbi
pulchrè, & plenè, & etiā
ad idem uide per Gabr.
Sara ad Matheſyl. ſingul.
37. column. 2. per Ludou.
Carer. in practic. crim. §.
homicid. ult. num. 40 qui
n. 41 lim. Ad idem per Ce
phal. conſ. 230. nu. 11. &
per Crau. in conſ. 260. col.
1. & 3 uerſ. Amplius di-
co. Idem in conſ. 262. col.
2. loquendo in hæreſi, ubi
conſuluit non ualere ſim
plicem confeſſionem di-
centis ſe hæreticum, cum
neceſſe ſit aliter appare-
re de hæreſi; puta, ita dixi
contra fidem, ita feci, ita
credidi, confidendo fa-
ctum, ex quo de iure
arguatur hæreſis. Simi-
liter, ſi quis fateatur ſe
publicum, & famoſum
latronem, aut ſtratarum
aggreſſorem; talis con-
feſſio ſibi non præiudi-
cat, quia de iure conſiſtit,
quando quis dicatur pu-
blicus, aut famoſus latro,
vel ſtratarum aggreſſor.
Sed ſolum præiudicat cō-
feſſio, quando fatetur fa-
ctum, puta, feci tale, &
tale latrocinium, aut ta-
lem aggreſſuram. Et ad
iſtud vltimum allegat An-
gel. conſil. 403. uide ibi fu-
ſius. Giach.

Condemnari.] Far. tit.
de inqu. quæſt. 2. uolum.
1 n. 7. Roſ.

b Attamen in hoc] Car
tar. de execut. ſent. c. ult. n. 9. f. 105. tit. 6. Roſ.
20 c Quomodo autem dicatur.) Adde, quod eſt † neceſſe ali-
ter apparere de hæreſi, puta, ita dixi, ita feci, ita credidi, confi-
tendo opinionem, ex qua de iure arguatur hæreſis, Crau. cōſ.
262. n. 4. Baiar.
d In genere aliqua delicta) Adde ſup. q. 55. uerſ. dixi etiā,
ibi, & credo. Drogh.
e Et hic caſus nullam habet difficultatem.) Adde, quod idē
21 tenuit Ang. in conſ. 304. ex forma ſtatuti, ubi conſuluit, quod
ſi aliquis tanquam latro, & diſrobator ſtratarum inquiratur,
& confiteatur ſe eſſe latronem, & ſtratarum diſrobatorem,
quod talis confeſſio ſibi non præiudicat, niſi crimina in ſpecie
confiteantur, quia eſt confeſſio iuris, & non facti, quem re-
fert, & ſequitur Pariſ. de ſyndic. in uerb. quidam latro famo-
ſus. Baiard.
f Certa bona ſubtraxiſſe.) Quid de eo, qui ex furto ſentit cō-
modum? Dic, quòd dicitur ratificare delictum, quādo utilitas
delicti ad eum perueniret immediatè, at ſecus ſi per aliam
manum per Aret. conſ. 163. & 261. ante, & n 4. Giach.
g Facti tranſeuntis) Adde ſupr. q. 5. uerſ. quando uerò, &
22 q. 9. uerſic. primo; Et hic aduerte, quòd quando † confeſſio

nandum, & ita videmus quo-
tidie obſeruari, teſte Boſſio in
loc. præalleg. n. 19. vbi etiam
n. 21 ſubdit, quod in furto pract.
eſt, quod ſufficiat querela par-
tis; vbi verò non adſit quere-
la partis, aut aliqua alia in-
formatio, ſola confeſſio nō ſuf
ficeret. Et ideo Iudices quādo
rei confitentur coram eis ma
ria, & montes, & plura furta
ſe alibi cōmiſiſſe, debent mit-
tere nuntios ad habendam in
formationem: aliàs ſæpè inno-
centes condemnarētur, vt di-
cit Ang. de malef. in verb. Et
veſtē cæleſtē n. 25 quem refert
Brun. de ind. & tort. f. 138. n.
10. quod pluries tēporib ſuis
vidiſſe contingere aſſerit Ign.
in l. 2. §. item illud, poſt n. 6. ff
ad Syll. Et ita ſeruari atteſta
tur Boſſ. in loc. præall. poſt n.
15. verſ. ſed quid ſi quando.
Et ita ſeruari debere priuſ-
quam ſuſpenderentur quidam
fures, & latrones, qui plura
delicta confeſſi fuerāt reſcrip
ſit ſenatus 12. Apr. 1561. &
28. Nouemb. 1562. & alias
ſæpiſſimè. Et propter hoc fuit
in magno periculo vitæ qui-
dam Doctor, qui conſuluit,
quendā furem, qui plura fur-
ta confeſſus fuerat, de quibus
tamē aliter nō cōſtabat, fur-
cis eſſe ſuſpēdēdū, pro quo D.
conſuluit Alexand. conſ. 19.
libro 7. Aut eſt delictum fa-
cti permanentis, quod ſcilicet
oculis ſubijci poſſit, & cuius
remanere ſolent veſtigia. vt
eſt homicidium, & incendiū,
& ſimilia; & tunc niſi per
inſpectionem, ſeu viſitatio-
nem factam, vel faciendam
per curiam (iuxta ea, quæ
dixi in d. q. 4.) appareat de-
lictum fuiſſe commiſſum, non
poterit reus ex ſola confeſſio-
ne condemnari. Et cauti iu-
dices his caſibus ſolent per-
quiri facere cadauera eorum,
qui dicuntur occiſi, & ea ex-
humari, & inſpici, an extent
veſtigia vulnerum, vt ſæpius
ſe in contingentia facti ſerua-
ri vidiſſe narrat Paris Put.
de ſynd. f. 206. nu. 6. Et ideo
male poſſet de iure defendi
ſententia Domini Nicolai de
Prato, qui fecit ſuſpendi tres
diffamatos pro aſſaſſinis, qui
confeſſi fuerant, ſe occidiſſe
tres incognitos, & eos in ma-
re proieciſſe: & tamen eorum
cadauera nō fuerant reperta,
vt refert Ang. in l. certum, n.
2. ff. de confeſſ. & Berous in
loco præalleg. poſt nu. 25. &
Paris Put. de ſynd. in verbo
Confeſſio, cap. 1. poſt n. 1. &
Igneus in d. l. 1. §. Item illud,
n. 4. Bene verum eſt, quod ſi
confeſſio eſſet de aliquo homi
ne certo, & haberentur infor
mationes, quod non reperire-
tur, & reus fateretur illum
interfeciſſe, & apparerent a-
liqua veſtigia, i licet non re-
perirtur cadauer, fortè poſ-
ſet ex ipſa confeſſione condē-
nari, prout etiam refert Caſ-
ſan. ſup. conſuet. Burg. fol. 49.
poſt n. 41. condemnatum fuiſ-
ſe à Senatu quendam Maſſa-
rium, ipſo exiſtente Vicario
iuſtitiæ Mediolani, quod con-
feſſus fuerat ſe occidiſſe do-
minum ſuum, & proieciſſe in
lacum Comenſem: nam licet
cadauer ipſius domini reper-
tum non fuerit, tamen repe-
rto ſanguine in loco deſigna
to ab ipſomet Maſſario, vbi
dicebat ſe delictū perpetraſ-
ſe, fuit ille vltimo ſupplicio
affectus. Et ita puto intelligi
debere ea, quæ dicit Boſ. in
loco præalleg. poſt n. 15. quod
ſcilicet etiam quando confeſ-
ſio eſt de homine, vel re cer-
ta, debet Iudex à ſe ipſo mit-
tere ad intelligendū, an deli-
ctum cōmiſſum fuerit: & eo
non comperto, illum abſolue-
re, aliàs condemnare; ſubdēs,
quod ita ſeruatur: ſatis enim
dici poterit cōpertū delictum
in caſu prædicto, etiam ſi ca-
dauer repertum non fuerit.
Vlterius k poteſt reus cōtra
propriā cōfeſſionem allegare
quod ipſe l eſſet minor, prop-
tereaq; eius cōfeſſio facta ſine
autoritate curatoris illi obeſ
ſe non debet, de quo videnda
ſūt ea, quę dixi ſu. q. 50. circa
princ. m Et dicit Alb. quod ſemel
obtinuit in facto, quod confeſſio
minoris facta in tormētis ſine
auctoritate curatoris ei non
obēt ita illū refert Raph. Ful.
in l. Clar. C. de author. prę ſt.
rel. per Aug. ad Ang. de mal.
in verb. Cōpar. & cōfitentur
totū, poſt n. 13. & Gram. qui
in facti cōtingētia ita cōſulu-

concurrit cum querela
partis, etiam quod ſimus
in delictis facti tranſeun-
tis, illa ſufficit ad condem
nationem, adde quæ dixi
ſupr. ad quæſt. 5. verſ. po-
terit igitur, quia dum di-
cit, quod confeſſio con-
feſſio cōcurrere debet ſal-
tem cum querela partis,
illud eſt cum eo, de quo
per Liuium loco ibidem
citato, dum ait, nullo adie-
cto, cur ſcire quicquam
viderentur, argumento:
Non enim ſola confeſſio
ſufficit, niſi concurrat a-
liud argumentum, & ad
hanc materiam adde Bal.
in l. ſi quis teſtibus in fin.
C. de teſt. Drogh.

Facti tranſeuntis.] Ad-
de, videndum Far. in q. 2.
nu. 13. vbi dicit, quod non
ſufficit querela, & confeſ
ſio rei ad condemnādum
ſed requiritur, quod ex
indicijs conſtet de corpo-
22 re delicti, † & quod vbi
non remanent veſtigia,
corpus delicti dicatur ſuf-
ficienter probatum ex in-
dicijs, & coniecturis, Ma-
ſcard. de prob. concl. 830.
nu. 7. Baiard.

h Maria, & montes.]
Adde infr. q. 64. verſ. vlti-
mo ibi, multi cum inno-
centes, &c. confeſſio ergo
ſola patrati criminis non
ſufficit ad condemnatio-
nem, vt hic, fallit, vt eſt in-
fra hoc eodem verſiculo,
videlicet in illo Maſſario,
qui proiecit Dominum
ſuum in lacum, adde Me-
noch. de arbitr. iudic. lib.
2. centur. 3. caſ. 269. vide
hanc quęſtionem latè tra-
ctatam ad partes per Mar
ſil. in pract. crim. §. ſecun-
dum per totum; Cur au-
tē hoc ſit, videlicet, quod
confeſſio facta non præ-
cedentibus indicijs mini-
mè præiudicat, ratio eſt,
quia tunc de domo rei ſu-
muntur indicia probatio-
num, quod eſt prohibitum
vt per Flamm. Chartar. in
practica interrogan. reo-
rum lib. 1. c. 2. num. 5. & 6
Item fallit in aſſaſſinio,
Blanc. repet. l. fin. ſub nu.
15. ff. de quæſt. Boſſ. tit. de
foro comp. ſub n. 66. Cra-
uet. conſil. 157. num. 9. in
fin. Drogh.

i Licèt non reperiretur
23 cadauer.] Adde, quòd †
idem tenet Bal. in l. quo-
ties, §. ſi quis, ff. de hæred.
inſtitut. & de hoc vide
Blanc. in ſua praxi in prin
cip. numer. 3. & Diaz. in
in reg. 124. limit. 2. Baia.

K Vlterius poſt reus.]
Farinac. volumin. 4. ſuæ
prax. quæſt. 81. capit. 10.
numer. 352. & ſeq. &
præcipuè numer. 370. &
374. Roſ.

l Eſſet minor.] Item
an, & quando ualeat con-
feſſio minoris ſpontanea,
vel in tortura abſque cu-
ratore, & quomodo etiā
auctoritas curatoris inter
uenire debeat, vde plenè
per pract. Carrer. §. ho-
micidum, 5 num. 9. uide
quæ dixi ſupra quæſtione
30. Item, minor aduerſus
confeſſionem delicti ali-
ter non probari reſtituitur
in integrum etiā non do-
ctus de errore, quia ex
hoc dicitur læſus, ita ſin-
gulariter decidit Ange in
l. certum, §. in pupillo, ff.
de confeſſis, vbi reputat
hoc valdè notabile, &
quotidianum, & ſequitur
Alexand. eius conſil. 115.
numero 6. libr. 3 ſubiun-
gens iſtud ſolum ſufficere
ad defenſionem minoris,
Apoſtil ibi, & Carrer. vbi
ſupra, numero 10. alios,
9 citat. Obiter hic quæro
*23 nunquid ſurdus, † &
mutus à naturā homici-
dium, quod fecit, poſſit
confiteri? quòd ſic, ex quo
habet intellectū, & gene-
rare poteſt, & ſit pluſquā
animal irrationale, licet
minus quam homo per-
fectus. Item ex quo po-
teſt habere bona, & poſ-
ſidere, & frui, alias fru-
ſtra quæretur, an poſſet
teſtari, decidit Bald. in
leg. vnica, numero deci-
moſecundo, Codic. de
confeſſio. vbi damnan-
dum eſſe dicit, dato ſibi
prius curatore, non ex
ſola confeſſione, ſed ex
teſtium atteſtationibus.
Giach.

m Et dicit Alberic.]
24 Adde, † quòd contrariū
tenuit Cyn in dicta leg.
Clarum, vbi dicit, quod
præſentia iudicis ſupplet
defectum curatoris, quan
do minor torquetur, &
confitetur in iudicio ſine
curatore, qui intereſſe
non debet, & idem te-
net Bald. in capit item ſa-
cramenta de pac. iura-
mnt. firm. in quinta colu-
mna uerſicul. quid ergo.
Baiard.

n *Conſil. crim.16.*) Roland. à Valle conſ.31.1.& 2.col. in 1.vol. *Roſ.*

o *Stante conſuetudine.*) Bald.conſ. 408. lib.3.vbi Rouerſcal. *Roſſ.*

p *Item poſſet allegare.*) Far.q.81.vol.4.c.2.n.66. *Roſ.*

Item poſſet allegare.)

25 Adde † ad hoc Maſcard. de probat. concl.357.vol. 1. vbi ponit multas ampliationes,& limitationes & Soc.iun. in conſ.39. n. 21.vol.2.

26 Item adde,quod † confeſſio facta coram Iudice delegato non validat proceſſum nullum; Angel.in conſ.217.col.fi. & Marſ. in cõſ.46.n.19. circa medium.

27 Item † adde,quod confeſſio vera,ſi eſt nulla,cõualidat proceſsũ iuris ordine non ſeruato fabricatum, Bald.in l.1.col.final. verſ.item dicit,C.de confeſſ.Alex.conſ.127.col.1. vol.4.Roland.conſ.94.n. 26.vol.3.& latè per Cart. de exec.ſent.c.fin.n.215. cum ſeq.

28 Item † adde, quod probationes apertiſſimæ, & concludentes ineptitudinem proceſſus conualidãt vt not. in c.cauſam,de teſtib.& in l.ſi patronus, ff. de iureiu. & Mant.in cõſil.269.n.10. *Baiard.*

r *Quod tamen intelligendum eſt.*) Cart. ſupr.n. 218. *Roſſ.*

Quod tamen intelligẽdum eſt,vt locum habeat.

29 Adde † quod Felin. in d. c.qualiter, & quando, §. licèt, n.3.de accuſat.hanc concluſionem 12. modis limitat,& dicit Berous in cõſ.201.n.26.vol.3.quod ſi nullitas prouenirет ex incompetentia Iudicis, cuius iuriſdictio non poſſet prorogari, quod tunc illa nullitas per confeſſionem non tollitur.

30 Item † adde, quod confeſſio facta ad inquiſitionem formatam,non præcedentibus legitimis indicijs, etiam ratificata non cõualidat,nec præiudicat, Pariſ.conſilio 161.in fin. vol.4.vbi reſpondet ad illud dictum, quod confeſ-
31 ſio † ſanat omne vitium proceſſus, & ad hoc vide etiam Maſcard.de probat.concl.351. vbi latè. *Baiard.*

ſ *Quando nullitas non procedit.*) Confeſſio ergo ſpontanea valet ſuper proceſſu inualido,niſi talis inualiditas proueniat ex defectu iuriſdictionis, toto titulo ſi non à competenti Iudice, Crauet. conſil. 115. ſub numer.6.ad finem, & hic adde Felin.in cap.eccleſia Sanctæ Mariæ coll.mihi nona verſic. Ethinc eſt,quod niſi Iudici de conſtitut.& in cap.cum dilect.coll.18. verſic. limita regulam in fin. de reſcript. & hoc eſt ſummè notandum pro limitatione nullitatum in toto hoc opere contentarum, de quibus maxime habetur ſupra quęſt. 50.in princip.quæ quidem nullitates ſeriatim habentur in fi. præſentium additionum; tamen cum in proceſſu dicatur, ſpontè, ſemperque ſic dicendo falſum aſſeratur,ut dixit infra quæſtione 64. uerſ.debet quoque,credo quod ſemper opponi poſſit, quod talis confeſſio non fuit ſpõtanea,& ideo ſubſiſtere nullitatem factam, tali confeſsione aſſerta ſpontanea, non obſtante,ſupra quæſtion.21. uerſ.ſed hic quæro. *Drog.*

uit,[n] conſil.criminal. 16. Sed certè hæc defenſio parum prodeſt stante conſuetudine, de qua dixi in d. quæſt. 50. ſecundum quam in confeſſione minoris non requiritur curatoris auctoritas, prout etiam communiter ſeruari in practica atteſtatur Bald. in l.2. numero 59. C. de confeſſ. quem refert Paris Put. de ſyndic. fol.457. numero 7. Angel.de malefic.in verbo,Comparuerunt, & confitentur totum, numer.8. ſubdens, quod eſſet quaſi ridiculum dicere contrarium. Hoc idem ſeruari apud Venetos, & multa Italiæ loca atteſtatur practica Caſoni,fol.76 numer.2.Vide quæ dixi inf.quæſt.60. circa princ. vbi etiam dixi, an ſaltem proſit minor ætas ad hoc vt reus in mitiorem pœnam condemnetur.

13 *Item [p] poſſet allegare,quod talis confeſſio facta fuiſſet ſuper proceſſu formato per Iudicem iuris ordine non ſeruato. [q] Scias tamen, quod hæc defenſio non ita abſolutè procedit, ſed eſt diſtinguendum, an confeſſio ipſa ſpontè emanauerit, an verò in tormentis. Nam ſi quidem confeſſio eſt à reo ſponte facta, tunc etiamſi facta ſit ſuper proceſſu nullo,adhuc poteſt reus ex illa condemnari,& eſt doctrina Innocent.in cap.qualiter, & quando, il 2. de accuſat. quam dicit eſſe communiter approbatam Alexander in l. inter ſtipulantem, §.1. circa finem, ff.de verborum oblig. vbi etiam Iaſ.num. 11. idem atteſtatur, & dicit Marſil. in l 1.§.diuus, numero 10.ff. quæſt.& conſil.94.num.7.& conſilio 130.numero 2.& in pract.criminal.§.poſtquam, numero 12. quod omnes eum ſequuntur. Idem dicit Alex. conſil.19 numero octauo,lib. 8.& Io. Arno. commentario 120. Hanc etiam concluſionem dicit eſſe communem Marſil. ſing. 201. in confeſſum. Foller.in pract. crimin. fol.285.num.65.Hanc etiam dicit eſſe communem opin. legiſtarum,& canoniſt.Anton. Gomeſ.cap. 12.delict. numer. 8. [r] Quod tamen intelligendũ eſt, vt locum habeat, quando nullitas non procedit ex defectu iuriſdictionis, ſed ex aliqua alia cauſa, & ita colligitur ex mente omnium Doctorum,vt atteſtatur Anton. Gomeſ.in loco præall. [t] Dicit tamen Angel. in conſil.178 circa fin.quod eſt duplicatum in conſil.293.quando confeſſio emanat ſuper proceſſu nullo, tutior eſt via, quod reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij, & de nouo procedatur; ſubdens,quod ſi ipſe conſuleret, hãc partem eligeret, vt effugeret ſyndicatorum retia, & quod ipſe ita obtinuit Peruſij in ſyndicatu cuiuſdam D.Raynerij Lanfranchi, vt ibi per eum, quem refert Aug.ad Ang. de malef. in verbo Comparuerunt, & confitentur totum, poſt num. 5.Et certè credo, quod Iudex qui ita faceret, non erraret: nihilominus cum hæc communis op. iam ſit canonizata in iudicijs, & in ſcholis, poſſet Iudex iudicando illam intrepide ſequi,abſque eo,quod timeret ſibi inferri moleſtiam in ſyndicatu.*

14 *Si [u] vero confeſſio facta ſit in tormentis,tunc ſi legitima indicia nõ præceſſerint,& ſeruata nõ fuerint ſeruãda,talis cõfeſſio eſt ipſo iure nulla,nec poteſt confeſſus ex ea condemnari,etiam quod in illa perſe-*

t *Dicit tamen.*) Cart. ſup.d n.215.& 216. *Roſ.*

u *Si verò confeſſio facta ſit in tormentis.*) Adde, quòd talis confeſſio facta non præcedentibus indicijs eſt nulla, & nullius momenti,etiamſi millies ratificetur: communẽ uide per Rol. ſuo conſ.3. n.55.libr. 3. Quod & ego fuſius dico in comm. opinionis c. confeſſio, n.2. ubi dico idem etiam ſi ſit ratificata ad bancum iuris, dato quod ſuperuenerint noua indicia,etiam in crimine læſæ maieſtat.etiam ſi iudex haberet arbitriũ, ut ibi. *Giach.*

Si vero confeſſio) uide Rouerſc.ad Bal. conſ.77. li.3. Far.uol. 4. ſuæ prax. q.83 c.1.n.1.& ſeq.& c.2 n.32.Et quid ſi metu tormentorum,Far q.83.c.2. n.32.& ſeq.& num.91.& quid ſi per interrogatiua ſuggeſtiua,c.4.n.84. *Roſ.*

Si vero confeſſio) Adde
32 quod † confeſſio facta in tormentis, legitimis non præcedentibus indicijs,eſt nulla,etiam quod eſſet iuramento ratificata, & in criminibus exceptis, etiã in crim.læſ. maieſt.& hoc procedit, licet Iudex haberet arbitrium, ita latè Rol.à Val.cõſ. 12. nu. 90. uol.3. Bert.cõſ.341n.19. 427.n.9.& conſ.449.n.4. & Bur.in conſ.201. n.24. uol. 2. & centũ ratificat. nõ ſufficerẽt,ut dicit Boſ. in tit. de confeſſis per tortur.n.8. nec mille, ut per Iul.Scarl.in conſ.112.nu. 36.tom. 1. inter conſilia crim.in fol.& Burſ.in d.conſil.291.n.20 & talis confeſſio nõ nocet ſibi,nec alteri,ut per Plot. conſ.31.num.14. & ad hanc quæſt. an confeſſio facta per torturam nullis præcedentibus indicijs probet,late per Maſcar.concl.353.uol.1.& licèt actus confeſſionis ſit nullus, id tamen non procedit reſpectu reliqui proceſſus,l.1.& ibi no.Bald.C.de quæſt.& Bertaz.in d.conſ. 341.n.13.

Item

Item adde,quod idem eſt,ſi confeſſio fuerit facta poſt tormenta repetita, quæ repeti non debuerant, Marſil. in pract. crim.§. quoniam, num.42.

33 Item † adde, quod idem procedit in depoſitione teſtium, quæ non valet, ſi fuerunt torti ſine legitimis indicijs,nec facit indicium contra illum, contra quem deponunt. Deci.conſil.189.col. pen. quem refert, & ſequitur Gramm. uot. 6. num.10.

Item adde, quod licet confeſſio facta in tortura non præcedentibus indicijs non valeat,tamen validatur, ſi reperiatur ex poſt, quod ipſe alias ante torturam extra iudicium confeſſus fuerit illud delictum commiſiſſe, Marſ. in l. pen.ff.de quæſt.num. 59. ver. vlterius teneas ſemper menti, quem refert, & ſequitur Matthesil. in notab.55. verſic. & adde Hippolyt.

Item adde, quod confitens delictum in tortura ſine legitimis indicijs, etiam ſi pluries ratificaſſet debet abſolui ab inquiſitione, & ab omnibus in ea contentis, vt latè per Marſil. in conſil. 95. per totum & Aug. de Arim. in ver. quod fama præcedente, num. 36. vbi dicit quod alias obtinuit in perſonam vnius amici ſui: ſed ſi vltra confeſionem, & ratificationem delictũ confeſſatum per euidentiam facti verificatũ fuiſſet,vt ſi quis confiteretur occidiſſe Titium cum tribus vulneribus in capite, & alijs tribus in pectore: illumque in horto ſuo ſepelijſſe, qua confeſſione facta illud cadauer in dicto horto cum dictis vulneribus repertum fuerit, tunc diffinitiuè non eſt abſoluendus, ſed ſolum ab obſeruatione iudicij ſtante verificatione delicti, & deinde iudex debet formare nouam inquiſitionem, & contra eum ſeruatis ſeruandis procedere; Aliud enim eſt confiteri delictum ſimpliciter tormentorum legitimis non præcedentibus indicijs, quia talis confeſſio, & ratificatio non nocet, nam tunc procedit gloſſ. communiter approbata in leg. penult. ff. de quæſtio. aliud eſt quando non eſt ſimplex, ſed verificata, quo caſu dict. gloſſ. locum non ſibi vendicat, quia de veritate delicti cõfeſſati conſtat per euidentiam facti; ita egregie idem Marſil. in practic. criminal. in §. ſecunda quæſtio per totum, vbi pleniſſimè, quem refert, & ſequitur Mattheſil. in notabil. quinquageſimoquinto, incipien. quotieſcumque iudex, poſt medium. ego autem arbitror, ita diſtinguendum eſſe, aut confeſſio ex abrupto, nullis præcedentibus indicijs fuit extorta, & tunc reus diffinitiuè eſt abſoluendus, aut aderant teſtes, qui parte non citata fuerunt repetiti, uel non fuit legitimè facta confrontatio, vel copia indiciorum petita non fuit conceſſa cum termino ad ſe defendendum, vel alia facta non fuere ante torturam, quæ erant de iure facienda, & eo caſu non diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij debet abſolui, & de nouo facere proceſſum; tamen me remitto. *Baiard.*

ueret. Ita videtur ſenſiſſe gl. vnica in l.quæſtionis habẽdæ, ff.de quæſt.quam ſequuntur communiter Docto. vt ait Foller. in pract.crim.fol.307. numer.1.& illam dicit eſſe ab omnibus celebratam Marſil. conſil. 95. numer. 10. Hanc etiam concluſionem dicit eſſe communem Alexand.in l. qui in aliena. §. Celſus, num. 12. ff. de acquir. hæred. quem refert Iaſon, in eod. §. Celſus, poſt numer.38.& conſil. 118. numer. 2. libr. 2. relatus per pract. Conradi, fol. 285. in 21. limitatio. Brun.de ind. & tortura, fol. 234. numer. 3. Bertran.conſil. 226.numer. 5. libr. 2.in 2.parte, Marſil.in l. 1.in princip. numer. 24. ff. de quæſtio. Anton.Gomeſ capit. 15. delictorum, numer. 25. Et videtur tex.expræſſus in l. pen.ff.de quæſt. ſecundum lecturam, quam Bart. & communiter omnes Doctores ſequuntur, vt dicit Alexand.de Neuo conſil. 86. num. 9. Et dicit Auguſt. ad Angel. de malefic.in verbo,Fama publica,poſt num.36.quod aliàs ita obtinuit in perſona vnius, qui vocabatur ſuo nomine Aug. de Arim. [u] Et licet Paris Put. de ſynd.fol.445. cap.9. numer.2. intelligat hanc concluſionem procedere in illa tacita perſeuerantia, quę inducitur non approbando, neque reuocando, ſecus, autem (ſecundum eum) ſi expreſſè ratificet confeſionem ipſam ad bancum iuris, quia tunc (vt ipſe ait) habetur tanquam ſi vſque à principio ſpontè confeſſus fuiſſet; [x] hoc tamen eſt contra communem opin.Doct. vt dicit Hippol. Rimin. inter conſil. criminalia diuerſ. conſ. 105. poſt numer.16. verſicul. obſtat etiam, lib.1. vbi oſtendit contrariam opin. proculdubio eſſe magis communem, à qua non puto eſſe recedendum. [y] Quinimò etiam ſi poſt huiuſmodi confeſſionem extortam vi tormentorum, indicijs legitimis non præcedẽtibus, deinde legitima ſuperuenirent indicia, non propterea talis confeſſio conualidatur, vt dicit Bart. in l. maritus, numero 2.ff.de quęſtione. dixi infr. queſtione 64.verſic. Dixi etiam.

Poſſet [z] quoque reus contra propriam confeſſionem
15 *allegare, quod talis confeſſio non eſſet abſoluta, & pura, ſed cum aliqua qualitate adiecta, quo caſu non poſſet, nec deberet pro parte acceptari, & pro parte ſperni,*

u *Et licet Paris Put. de ſyndicat.*] Adde, quod ita tenet Grammat. in deciſ.34. num.55. cum ſequen. & in conſil.40.
34 numer.15.eo maximè, quando fuit modica † tortura,& tortus non erat infirmus,nec debilis,& ibi numer.10.tenet etiam quod illa confeſſio erit valida,ſi tam ante torturam,quam poſt extraiudicialiter emanauerit, & numer.22.quod ſi cauſa alteri iudici commiſſa fuerit, & inquiſitus coram ſecundo iudice idẽ delictum ſponte perſeuerando confeſſus fuerit, quod talis cõfeſſio omne vitium primæ confeſſionis factæ in tormẽtis ſine legitimis indicijs coram primo iudice purgat, ſed de hoc uide Folle. in practic. crimin. in verb. & ſi confitebuntur folio 342. num.36,& ibi numer.37. dicit, quod confeſſio tenet, & etiamſi facta fue-
35 rit † apud cordam valet, & tenet; ſed contrarium tenet Carre.in pract. cri-
36 min.in l.obſeruare, num. 172. & ibi latè † quando confeſſio dicatur facta metu torture, & ad prædicta vide Boſſ. in tit. de confeſſis per torturam, num.25. ad iſtã quæſtionem, quod confeſſio facta in tormentis legitimis
37 non præcedentibus indicijs ſit nulla, † & quod ſuperuenientibus poſtea indicijs non poſſit conualidari, vide Monticell. in ſua pract. crimin. reg.18. vbi ponit vndecim amplationes, & multas limitationes, ideo vide eũ omnino, & quando vltra cõ-
38 feſſionem, † & expreſſã ratificetionem ſubſecuta fuerit condemnatio, quæ fecerit tranſitum in iudicatum, tunc amplius non erit tractandum de validitate confeſſionis, ſecundum Paul. Meren. in conſil.88. numer.26. inter conſil crim diuerſ.tomo 2. *Baiard.*

x *Hoc tamen.*] Farin.d.cap.1.num.9. *Roſ.*

y *Quinimò etiam ſi poſt.*] Adde, quod ita tenet etiã Boer. deciſione 259.& Roman.in conſilio 165.Corn.in conſil 134. column.2. uolumin.4. & Grammat. conſil.21. numer.19. & 20.& conſil. 37. numero 6. & in uoto 6. numero decimo, &
39 hoc procedit, † quamuis iudex haberet latum, & liberum arbitrium procedendi, & quod confeſſio ſit iurata, & delictũ confeſſatum totum ſit verificatum, Bertaz.conſil.341.numero 19. 20. & 21. etiamſi procederetur in crimine læſæ maieſtatis, vt per Burſat.in conſilio 201 numero 41. vbi de communi atteſtatur, niſi poſt confeſſionem rei ſine indicis extortam, ſuperuæniret indicium confeſionis extraiudicialis ipſius
40 rei, † nam tunc prima confeſſio conualidaretur, ſecundum Marſil. in l. quæſtionis, num 63.de quæſt. *Baiard.*

z *Poteſt quoque.*] Farinac.volumin 4 ſuæ prax.quæſt.81. capit. 4. numer. 110. & ſeqq. & quid ſi facta ſit per viam exceptionis, ibi capit.7.per tot. uel etiam incidenter. *Roſ.*

41 *Poſſet quoque reus.*] Adde, quomodo † confitens delictum cum aliqua qualitate puniatur, Gabriel commun.concl.lib.7. concluſ.19.vbi ponit multas amplat.& limitat in hac materia Burſat.conſil.77. numer.18.Oſaſch.deciſ, 60.num.9.Ioſeph. deciſ.